

supra celum non elatus . subtus celum non de
pressus . Quia igitur ex eius gratuita libera
litate procedit . quod sumus . quod viuumus
quod mouemur . sine cuius manu tota natu-
ra rediret in nihilum . sicut ex nihilo est cau-
sata . Hic igitur tota cordis intentione pen-
sandus . ac honorandus . sacrificio et toto oris
iubilo collaudandus .

Hic tibi p̄cipue sit pura mente colendus.

VIGILANCIA

Plus uigila semper . ne somno deditus
esto

Si negligencie torpor hospiciū desidiose men-
tis inuasit . tunc proscripta . aut prostrata
diligencia . et virtutū exercitu relegato oīs
vicioꝝ turba successerit . Inde somnus et pi-
gricia . ingluuies . ⁊ castrimargia . ⁊ oīs vici-
oꝝ comites subsequūt̄ . Caueas igit̄ impubes
adolescēs imoderatis somnis incumbere . ne
virtutū moderatrix tempācia paciat̄ exiliū
Si enim humane vite multum temporis spa-
cium prebeatur . nec contractum semio . nec